



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies
Distribvtis**

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

S. Daniel Abb. 21. Iulii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

ubi? sub *prino.* papæ! neque mentiri seitè didicistis.
Io! Innocentia triumpha. nunquam patrono cares.
 At vos capulares Veneris columbos jam lapidantum manus palpabunt. quid saxa, quid moras trahitis? obruite eja improbas Cupidinis victimas.
 Epitaphium ego dabo. *Svb SAXIS AMOR HIS IACET SEPVLTVS.* Ex *Dan. ipso.*

Differunt quidem inter se homo pudicus & Angelus, sed felicitate, non virtute: illius castitas felicior, hujus tamen fortior esse cognoscitur; sola est castitas, que in hoc mortalitatis loco & tempore statum quendam immortalis gloriae representat. S.Bern.ep.42.

S. DANIEL ABB. 21.Iulii.

Impetraverat à Deo DANIEL hæredem viro, quocum illi hospitii familiaritas intercesserat. Itaque hic eum patronum, at malevoli patrem etiam pueri vocabant. Sed pro innocentia pronuntiavit Innocentia altera. Infans nuper natus, qui jussus à DANIEL patrem palam edicere, dito in verum parentem conjecto, *hic, ajebat, pater meus est,* atque ita simul patronum suum absolvit, simul calumniatores improbos damnavit. Sub hæc cum DANIEL Eulogium latomum cerneret in egentes præ aliis pius, precari apud Deum institit, plures opes submitteret tam bene prodigo. Et annuere Deus est visus, si pro Eulogio spondet, divitias fraudi morum integratati non futuras. Convenit, spopondit DANIEL. Igitur Eulogius cum saxis thesaurum eruit, ad aulam abit, honores mercatur, struit palatia, emit mancipia, splendidè ac lautè victitat. Adebat DANIEL officii sui amicum commonefacturus, sed surdam ad pauperis vocem januam reperit, verberibus

pro

1. Iulii.
icistis.
cares.
pidan-
as tra-
timas.
IS IA-

Ange-
felicior,
tas, que
uendam

viro,
esserat.
patrem
ā pro-
natus,
e, di-
at, p-
absol-
it. Sub
erneret
am in-
odigo.
ponde-
n futu-
Eulo-
n abit,
ncipia,
EL of-
urdam
eribus
pro

22. Iulii. VITÆ SANCTORVM. 357
pro stipe oneratus. Anxius proinde cum à CHRI-
STO crucifixo exfolvi vadimonio postularet, an-
nuit Filii nomine MATER MAGNA, mox etiam
ipse FILIVS, eâ lege ne simile posthac vadimonium
faceret imprudens. Interea Eulogius mortuo Im-
peratore, honorum fastigio opibusque omnibus
excidens in latomias suas postliminiò devolvitur,
mox cum paupertate pauperum amor & unà vir-
tutes omnes ab exilio revocantur. Tam malè, ô
Divites, vitæ sanctitati cum divitiis, tam bene
cum paupertate convenit. Ex Pet. de Nat.

Prorsus beati pauperes Christi, quorum fides sic elu-
sit sapientiam mundi, ut soli, quis sit optimus divitiae-
rum usus, invenerint, quod videlicet divitiae pauperem
faciant, si diliguntur; divitem & beatum, si pro Chri-
sto contemnuntur. Guerric. serm. de omn. SS.

S. WANDREGISILUS C. 22. Iulii.

E Xemplo in paucis memorando W ANDREGI-
SILVS nobilissimam Sponsam conciliavit
Christo; ipse Dagoberti aulam, cuius comes
erat, Asceterio posthabuit. Inde revocatus regis
imperio ad ipsa palatii limina currum rusticelli
eversum magno labore, majore sui contemptu, è
luto sustulit. Risere scilicet aulæ mancipia, cùm
principem animum in cœnum abjicere se vide-
runt. At intempestivos eachinos castigavit
Devs censor, quando, qui vestes purgaret W ANDRE-
GISILI luto aspersas, è cælo palam Ephebus
adstitit, & servitia tam nobilia rex ipse Dagober-
tus invidit. Cum bonâ igitur hujus veniâ dein-
ceps compluria Cœnobia W ANDREGISILVS
nobilitavit, unum etiam ipse extruxit Fontinel-
lense dictum, & sub signis monachos CCC. nu-
mera-